Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



291

mia erant ad uocem
Pylatus autem conuo
cans principibus sacerdo
tum et magistratibus: et
plebe dixit ad illos. Ecce
Obtulistis mihi hunc
hominem quasi auertentem
populum: et ecce ego co
ram uobis interrogans
nullam causam inue
nio in homine isto: ex
his in quibus eum accu
satis sed neque herodes.
Nam remisi uos ad
illum: et ecce nichil dig
num morte actum est illi.
Emendatum ergo illum
dimittam. Necesse aut
habebat dimittere eis
per diem festum unum. Ex
clamauit autem simul
omnis turba dicens.

Tolle hunc et dimitte
nobis barabam. Qui
erat propter seditionem qui
dam factam in ciuita
te et homicidium missus
in carcerem. Iterum autem
pylatus locutus est ad
illos volens dimittere
iesum. At illi sub clama
bant dicentes. Crucifi
ge crucifige eum. Ille
autem tertio dixit ad illos.
Quid enim mali fecit
iste. Nullam causam
mortis inuenio in eo.
Corripiam ergo illum
et dimittam. At illi in
stabant uocibus mag
nis postulantes ut cru
cifigeretur. Et inualue
scebant uoces eorum. Et
pylatus adiudicauit